Vestimentorum, Stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiis, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et imposterum habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat p̄senti: per ipsam Nobilem Helenam Kulczycka, sui Recognoscentis Consortem legitimam, et ipsius posteros, eandem Medietatem bonorum suorum, quatuor omnium, cum Universis ipsorum Utilitatibus, et Usufructibus, competentiisque et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos usus, et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, Vigore ac more aliarum reformationum, hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

## Koniecki Fratri suo Roborat.

634 Comparens personaliter coram officio et Actis p̄sentibus Castren. Capitan. Premyslien., Gnosus Joannes Odrowąż Koniecki, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, p̄senti vero Castren. Capitan. Premyslien. Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse se, ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, inscribit et obligat p̄sentibus: Scriptum Certum manuale per se Recognoscentem, in rem et manus, Gnosi Alexandri Odrowąż Koniecki, fratris sui Recognoscentis germani, ratione certarum rerum, et conditionum in eodem Scripto Manuali contentarum, de actu et data illius, hic Premysliae die decima Sexta Martii, Anno p̄senti confectum, conscriptum, et datum, manu sui Recognoscentis propria sub

Scriptum

scriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti ma-
nualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, va-
dio, ligamentis ac nexibus in universum omnibus
eidem Generoso Alexandro Odrowąs Koniecki, fratri
suo Recognoscenti germano, ipsiusque posteris firmiter
tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observa-
re, omnibusque et singulis eiusdem scripti manualis
contentis, tam in toto, quam in quavis minima parte,
toties, quoties opus fuerit, satisfacere, scriptumque prae-
tum manuale, ad inscriptionem praesentem roborato
vian, et inscriptionem praesentem roboratoriam, ad
Actikum scriptum manuale vicissim in toto re-
ferendo. Poena sub vadio summae quinquaginta sexa-
ginta quinque florenorum polonicalium per eundem Reco-
gnoscentem vel eius successores, supramemorato
Generoso Alexandro Odrowąs Koniecki fratri sui Re-
cognoscentis germano, vel eius posteris, ob non com-
pletionem contentorum scripti praefati manualis o-
mnium et singulorum, tam in toto, quam in parte,
toties quoties opus fuerit ad solvendum subeundo.
pro quo quidem vadio modo praefato, ad solvendum
succumbito, ac pro re aliqua principali ex contentis
scripti eiusdem manualis non completa complen-
da Citatus existens memoratus Recognoscens
sive eius successores, ad instantiam praefati Gnsi
Alexandri Odrowąs Koniecki fratris sui Reco-
gnoscentis germani # ad officium praesens Castrense
Capitaneale praemysliense # sive etiam Castrense
Capitaneale Trebovliense ad quod prius ex ipsis citatis
extunc velle sine suprascripto, quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio, sive Iuri parere,
respondere Vadium statim luere, inscriptioni
huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit
et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem
inscribit et obligat praesentibus, illum terminum
primum peremptorium, et alios omnes, exinde
# deleo eius praeferendum.

consequentes, Causis eiusdem Terminos, semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio Militari, ad munimenta, ad Evictorem, Vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis nondifferendo, ad Quietationem praeterea vltra proximos officij praefati Castren. Capitaneatus Premyslien., sive etiam Castren. Capitaneatus Trebovlien. Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalys Iuris, Praescriptione Terrestri bello, Conventioneque ac alys omnibus Iuris remedys, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Komarnicki Lubochorskie Coniuges Quietat et Statuet.

Comparens personaliter, Coram officio, et Actis praesentibus Castren. Capitaneatus Premyslien., Nobilis Andreas Koma-
634 rnicki Dubiec, olim Nobilis Lucae Komarnicki Dubiec filius. Sanus mente et corpore existens, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprys et competentibus recedendo, praesenti vero Castren. Capitaneatus Premyslien. Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo, et Nobilium Petri Komarnicki Dubiec, fratris sui Patruelis, et aliorum quorumvis, Nobilis olim Michaelis Komarnicki, itidem Dubiec, sui Recognoscentis Patrui germani Successorum, pro quorum ratihabitione cavet, ac se praesentibus inscribit nomine: Nobiles